

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VI. Tentationes animum emaculant, & Sapientiam docent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

ait, imperante Domino JESV, & notum tibi hospitium porcos subi. Non tulit Christi Nomen speciosa larva, & in auras abiit.

His scelis artibus miserrimi cacodæmones tenent, hoc eorum est negotiorum, tentare. Quod infra demonstrabimus, de Tentatione locuturi.

Nos sedulios opifices æmulemur, cum eos varijs exercet labor, cum vestiendi aut calceandi exigunt quæ facienda conduxerunt: Ergo, ait Magister, laboremus & fatigamus. Ad forens expectat lucrum, certè ad nos ingressurum, si forens pandat labor. Amici desideria & mora non sunt fugandi. Ergo ciuitas surgendum, ad lectum scrius redeundum. Noctes utrinque multilata longos faciunt dies. Agamus socii, agamus. Non deambulandi, non oriandi, non potandi, sed laborandi & lucrandi jam tempus est. Ita sua senio providebimus solatia.

En mechanicum ingenium, si quidem frugi sit, in rem suam tam catum est, ut opportunitatem augenda pecuniose non finat elabi vacuam. Ita proflus cum maxime quis tentatur, ipse sibi dicat: Age age, jam attenuis & crebris orandum, exteriore fenus custodiendi ciuitatis, plus stipis largiendum, parcii prandendum, subinde cenâ abstinentiam. Nec enim abit tentador cerberus, dum macellum patet. Vigiliis, abstinentia, precibus hic canis Stygius fugatur. Ergo Deum rotis brachis, & quam arctissime potes, completere. Nulla tibi tentatio, nulla nocibit adversitas, ut Ecclesia canit, si nulla tibi dominetur iniquitas. Nunc animis opus; aude aliquid cælo dignum. Non spectatore tamum, sed & auxiliatorem habes Dominum JESV. Pontificem tentatum per omnia. Hunc intuere in deserro efflentem, in oliveto precentem, in pretorio spitis, flagris, spinis opertum, in clivo Golgothæ linguis, lannis, clavis confixum, pro te mortuum. Quid tu pro illo? Si crux tuo corpore vestire non potes, eam saltant patienter porta. Resistere diabolos, & fugies a te. Si pugnare non vis, premium non amas, calum odisti. Quid trepidas? Solus non es; Dominus JESV tecum est, ut pugnantem juvet, ut vincentem coronet. Viciisti, si audes & velis vincere. Omnia, vel maxima quæque mala diligentibus Deum cooperantur in bonum.

Hæc omnium validissima est cohortatio quæ se ipsum quisque ad virtutem concitat. Sibi ipse quilibet potensissimus virtutis suus est.

CAPUT VI.

Tentationes animum emaculant & Sapientiam docent.

Multa sunt aromata, quibus sine omni detrimen-
to vita carere possumus. Et quanti sine pipere ac
gingibere, sine croco, cariophyllo, cinnamo sine mace
& unguentaria nuce, sine omni peregrino aromate vi-
tam agunt commendissime. Has merces Germani è ter-
ris alio sole calentibus apportant. Sine aromaticis Germa-
nico, sine sale difficultissimum est vivere. Sal non tantum
panibus pinfendis, sed omnibus pane cibis coquendis
admitetur. Nec tantum cibis, sed & aliis que paran-
tur in cibos, sal adhibetur. Carnes bubulas, ceruinæ,
aprugas, pisces, & quidquid ejuscmodi eduliorum
est, diutius servare non licet, nisi sale aut fumo duren-
tur. Butyrum diuturniori usui servandum, prius est sa-
liendum. Mensa sine sale profana, culina sine sale pau-
perimia, nulla est. Hinc Origenes: *Sicut caro, inquit, si*
sale non aspergatur, quamvis sit precipua, corruptitur: ita &
animæ nisi tentationibus asiduis saliatur continuo resolutur
& relaxatur. Caro sale non confersa corruptitur, ani-
mus tentatione non duratus contabescit. Quod divus
Leo affligerans: Nulla sunt, inquit, sine tentationum expe-

rimenis opera virtus; nulla sine perturbationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congregione victoria. Tentatio hominem ab ignavia tabe conservat, tentatio purgat, tentatio prudentia donat, sapientem efficit. Quod jam explicatius diceendum.

S. I.

Tentatio delictorum sordes expurgat, prudentiam & sapientiam ingenerat. Quod Hebreus psalmes testatus: *Igne nos examinasti, ait, sicut examinatur argen-*
trum. Valde quidem urit, o Domine, tua fornax, sed istud
est solatio; sicut nobilioris nota metallæ ex igne pro-
deum formosiora, ita nos tentatione purgamus & re-
coquimus, excusâ scorpiæ prodit argenteum purum, au-
rum excoctum. Quod Zacharias predicens: Vram eos, Zech. v. 13.
inquit, fluit uritur argenteum, & probabo eos sicut proba-
tur aurum. Annis superioribus usit Dominus Germani
B *fame, bellis, pesti. Illud tamen solutus omnem*
publicam & privatam calamitatem: Deus autem per-
tissimus scit quid faciat, nec ulla sibi leges figi patitur;
argentum suum, quamdiu vult, excoquit & purgat, id-
que argenti bono. Nam addit Zacharias: Ipse vocabit no-
men meum, & ego exaudiatur eum. Sed sum, qui queran-
tut: *Vocamus, ajunt, sed non audimur. O male queruli!* Nemo istud cogitet. Non audimur, ait Augustinus, ad
villanitatem, sed audimur ad sanitatem. Eramus, quis enim
negret, argenteum rude, impurum; hoc ergo tuit exco-
quendum. Quod Isaías dixit: *Convertam manum meam 1sa. cap. 1.*
ad te, & excoquam ad parum scorpiæ tuam, & auferam onus v. 25.
scorpiæ tuam. Res mira, non omnia mollit ignis. Cera
quidem in igne liquefit, diffusus metalla, limus dure-
sit. Maronis metrum est:

Limus ut hic ducet, & hac ut cera liquefit;

Vno eodem igne igni.

Virgil. ecto-
gas.

C Sunt qui tentatione efferationes fiant & pertinaciores, divina negligant, Deum precari desinant, cæli surditatem accusent & impie dicant: Quantumvis diu mul- Improbis
tumque ore, nihil tamen efficio; ferreum est cælum hominis atque inexorabile; Labori ergo parcam. Quid enim fru- voices
stra clamam si non audiatur? Eni lumen graviter indu-
ratur. At vero prohi dolore animi conquescent in ipsas quandoque lacrymas. Metallum probum, argentum purum. Tentatio, inquit Augustinus, tempestas est, ex qua hic emergit, ille sufficitur. Itaëlis populus per mare me-
diuum viam transiendi reperit spacioissimam; rex Pha-
rao cum suis in eodem mari vado submersus est, Noë Gen. cap. 7.
mus cum suis in diluvio super omnia montium cacumi- v. 17.
na in sublime per arcane rectus est, reliqua omnis tur-
ba in aquis perire. Tentationes ita quosdam purgant, ut
ii ad Deum, ad celestia & divina ardentiū ferantur. Hos inundantes aquæ in altum elevant.

D Quartana febris, morbus planè admirabilis. Adversus hunc subinde plurima tentantur, profectu nullo. Ægrossus demum liberalissime, & quantum appeten-
tia lubet, jentare sinistræ, sed à cibo, vel ante illum pro-
pinatur poculum quod cœcat vomitum. Ita æger cum vomito-
amplo fenore reddit, quidquid prius ingessit: nam una rium appelle-
cum cibo glutinosos humores & alii coacta rejicit. Hæc lan.
hominis sanitas; ita quartana peilitur. Tentatio velut Testatio
medicata portio, in mens turbas excitat, molestias est portio
creat, partis nauseam, sed ita purgat; tentatus saepe medicata
omnem conscientiam in aures fidas exonerat, ita gravi-
se onere levat. Mare circumflantibus ventis & tem-
pestate commotum, perinde ut homo naufragi abundus, vo-
mitat & una plurimum purgamenta rejicit, cœque vo-
mite seipsum depurat: tentationes velut turbines & tem-
pestates valde commovent, sed simul sordes diu colle-
tas ejiciunt.

Joannes Gerosolymitanus vir ad omnem pietatem eruditissi-
musrus hic solatur, & Quamvis, ait, in tentatione quæpiam non In tenta-
usque quæmo se dia-

vinz v.
luntati
conforma-
te debet.

Num c. 11.
v. 11. &
seqq.

usquequaque cautissimus aliquantulum dolinquit, nihilominus si divine voluntati sese conformans dicat: Sit, Domine, sit istud, pro ut vis: hic erres suos insigniter legit & amplam promere- tur gratiam; excoquitor & sit mundus. Divinus Moses esti virorum omnium miserrimus, tamen tentatus, & velut è stomachi nauseâ ager quenoniam non unum ultro citrōque jaētans, & velut cum Dgo. suaviter expostu- lans: Cur, inquit, affixi? cervum tuum? quare non invenio gra- tiā coram te? & cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare sole naix infantulam? &c. Unde mihi carnes, ut dem tanta mul- titudinis? &c. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi. En Mōsem hominem mansuetissi- mū, sed tentatum, quantā fiduciā omne cor suum in Dei aures egurgitavit? Purgat animum tentatio.

§. II.

Tentatio
sapientiam
instillat.
Eccl. c. 34.
vers. 9.

Sed sapientiam instillat tentatio. Siracides apertissime pronuntiat: Qui non est tentatus quid scit? De ho- mine ad omnia inexperto ita sollemus loqui: Quid ille rerum omnium rudissimus sciat? nunquam nec pedem patrio solo exalit, lucem non aspergit; gradum nunquam strinxit, bombardam nullam exploxit, nullam academiam vel eminus unquam vidit, celebritatē nullam adiit, Veronensi sene stupidior,

Claudian. de
fene Vero-
nenſi, mihi
pag. 151.

Indocilis rerum, vicina nesciis urbū;
qui non solū in acie nunquam sterit, sed nec aciem, nec ullum unquam hostem speavit, ad suam domi fornaculam consentuit, nec portis quidem urbicis egressus, quid ille de bello differere norit? Ita profrus, qui pon est tentatus quid scit? cùm nihil didicerit, rudit & fatuus in plurimis? Quibus consilis, quā juvabit ope tentatum ipse nunquam tentatus? Ex parte & usus Magister rerum optimus. Illum laudabimus chirur- gum, qui multo obligavit vulnera, medicum illum qui multos curavit agros, ipse nonnunquam æger, illum pugilem & lanitatem, qui in palæstrā lapius probè contulit non raro cruentum cum corollā caput abstulit: ita ille nobis erit sapiens qui per tentationes ē cælo eruditus, per experientiam ex se scientiam sibi comparavit, doctrinam demum discendo ab aliis accepit. De Christo ipso clarissime Paulus: Et quidem, inquit, cùm esset filius Dei, dicit ex iis que passus est, obedientiam.

Sapiens
per tenta-
tiones sibi
scientiam
comparat.
Hebr. cap. 5.
v. 8.

Cassianus
Collat. sacrā
8. cap. 13.
Eius rei pa-
radigma.

Cassianus narrationem fide dignissimam ingressus: Juvenis, inquit, nobis optimè notus, nec omnium ignavissimus ad senem querendi remedii causâ profectus, tentationes suas omnes candidè aperuit. At imperitus senex amarissimus eum verbis excipiens, religione ac Monachi nomine indignum dixit, qui talibus laboraret cupiditatibus. Ha seni tam importuna objurgationes ita juvenem vulnerarunt, ut letali tristitia involutus animum penitus desponderit, nec iam amplius cogitat, quomodo tentationi obsisteret, sed quā proxima viā illi satiaceret. Dum ergo ē senis tugurio mœstissimus abit, jamque cogitationum æstu abreptus vix sciret ipse quod tenderet, Apollo abbas optimis omnibus illi obviis statim ē juvenis vultu didicit, quid turbationis animo lateret. Scisatur ergo familiarissime, quid illæ frontis nebulae significarent, quis animum occupasset mortor? At juvenis ipse magis mutus, nec verbum habuit respondere. Apollo mellitissimis verbis hominem aggressus, quædam querere, & unā ad responsum animare, spēisque optimam injicere. Hæc silentium rumpens juvenis, & ingenue animi vulnus detegens: Quandoquidem, inquit, ē senis illius sententiâ, religione indignus sum, & vestem hanc & simul religionem omnem exeam. Ad meos redibo, facturus quod meus mihi genius dictaverit. Ita statui. Ubi Apollo seni de- tectum vulnus vidit, ita læsum oratione blandâ demul-

A cendum ratus, narrare copit, quantas ipsèmer, & plu- nè simillimas, imò easdem prorsus tentationes feni- ret. Sed, ô mi optime juvenis, non est quod desper- mus, inquit, sed nec adeò miremur hæc talia nobis evenire; nequissimus hostis noster non feriatur, sed nec erubescit teretima quæque fuggeretur. Hæc illius negotia sunt. Sumamus animos: ope divinâ, Dei gratia adjuti non difficulter vincemus hostem. Et queso te, vel diem unicū differ quod facere destinasti. Spe plenus ad tuam cellulam redi. Ego exequar cetera. Mox hic ipse Apollo in pedes se conjiciens ad rugurum morosissimi senis illius properavit. In viâ passis brachis fulisque lacrymis Deum precatus: O Domine, inquit, humani cordis arbiter & medicus omnis imbecillitatis nostra scientissimus, morbum & impugnationem illius juvenis in senem istum converte; sentiat unde commiserefere aliorum discat. Dixit, & una vidit ab Aethiope ignitum jaculum in senis calam torqueri. Con-

B tinuò senex ædiculâ procurrens & iterum rediens, ite- rūmque in apricum provolans, jamque velut ebrius & amens hoc illuc cursitabat, imò & eam ipsam viam, quā juvenis meditabatur aufugere, insulsetebat. Apollo latissimè intelligens quale vulnus senis animo ignitum illud diabolus celum inussisset, astutamente & mīcē turbaram senem accedens, ejusque manu prehensā: Quod pro- peras, inquit, omnis matura gravitatis oblitus? An ite- rum juveniles impetus induisti? dic quod te vagi pedes? At ille conscientia convictus, & arcana sui pectoris patere ratu siluit; altus gemitus vicem responsi fuit. Cui Apollo: ad Cellam, inquit, revertere, & tandem in- tellige, quā haec tenus miles imperitus fueris, nec ver- futias hostiles nosteris. Et certè diabolus vel ignoravit te, vel contemptum præterier, & despexit. Nec enim in eorum numero censendum es, quorum ille studia & fac- cros profectus quotidiani prælia lacefit. Unicum in te jaculum contorsit, & tu illico vietas manus præbere, religiolam disciplinam velle abrumperè, sacra castra defercere. Vide, post tantam annorum scriba quam hoc vitæ generè trivisti, etiānum tuum tis, & prima reli- gionis rudimenta nescis. Dicce igitur vel senex im- becillitati alienæ lenitatem ac misericordiam tribuere. Hoc ideo in te permisit Deus, ut ipsa doceris expe- rienciā mitiū cum tentatis agere. Juvenem illum non tantum solariis & consiliis non fovisti, sed quantum in te erat, in desperationis foveam egisti ab hoste devorandum. Et utique illum hostis tam validè non oppugnasset, nisi cum judicasset te fortiorē. Sed peperit illi Deus, imò & tibi magis, illum perniciose tentationis æstu liberans, te pio condolendi affectu instruens. Do- minus est qui flagellat & salvat, deducit ad inferos & reducit. Dominus mortificat & vivificat; Dominus pauperem facit & di- dit, humiliat & sublevat. Quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt. Hæc oratione copiosè im- pressit seni Apollo ut eum doceret mansuetius cum ten- tatis agere.

§. III.

V etus est præceptio: Cumi tentato noli duriter ager, Thomas
sed consolationem ingere, sicut tibi optares fieri. Idque Kemp. lib. 1. convenienter paginis divinis. Salomonis scita jubent: cap. 13. n. 4. Erue os qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad inter- Pro. 4. 11. pretum, liberare ne cesses. Qui graviter tentatus est, non pro- v. 11. culab interitu est. Hic ergo alloquis placidissimis à præ- Tentatio- ceptio abducendus. Quando igitur vel Paterfamilias, à præcipi- tio allo- vel cænobii Guardianus, vel monasterii, vel collegii Re- quis plac- & tor, vel dominus dominus videt filium aut servum aut domesticorum alium tentatione gravi pæne absor- ducedat, cogiter: Hic homo jam igneus mons est, quacun- ptum, cogiter: Quid enim mirum: apud se non est; suo tempo- re ubi ad se redierit, monitorum patiens erit. Hæc illa est sapien-

est sapientia quam è temptatione discimus, quam & di-
vinus Paulus commendans: *Vos, inquit, qui spirituales
estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis; considerans te-
ipsum, ne & tu tenteris.* Non ab simili sensu sibi metu gra-
tulatus Isaías vates: *Domini, ait, dedit mihi linguam eru-
diam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo.* Quod
& de Servatore Christo Isaías & Matthæus affirmantur:
*Calamum quassatum, ajunt, non conteret, & linum fu-
mugans non extinguet: in veritate educet iudicium.* Non erit tri-
stia neque turbulentus.

Hanc Christi sapientiam tantò facilius discimus, quanto ipsi gravius & frequentius tentamus. *Qui non ef-
tentatus, quid scit?* Revera quod idem Isaías afferat: *Vexa-
rio dat intellectum.* Nam ut asinus nec minimus moverit
nec promissis, sed baculo; & Phryx non nisi plagi emen-
datur: ita quidam hominum tentationibus & stimulis
compelluntur ad meliora. Tentatio protoplastis aper-
uit oculos, qui ramen melius manifeste clausi. Sed optimus
Deus illam tentatoris colubri in paradiso victori-
am Christi morte in nostrum emolumentum ita flexit,
ut oculos nobis referat tentatio sed bono nostro. Di-
scimus hanc sapientiam, & nos ipsos consideremus, ne
cum tentato durius agamus.

Hic opportuna questionis est, cur dæmon protopla-
stos tentaturus schema serpentis inducerit? Nam ea
forma terrorem potius, quam benevolentiam & amo-
rem conciliare potuit. Cur non columbae aut cygnis can-
dorem induit, ut quod scutulus venerat, expeditius
persuaderet? Augustinus super hac ipsa quæstione differens: *Si autem queritur, inquit, cur possumus per serpen-
tem diabolus tentare permisisti, jam hoc significandi gratia fa-
cium esse quem non admoneat scriptura tanta autoritas, tan-
& cap. tia divinitatis documentis agens in prophetato, quanquam effe-
ctu jam mundus impletus est?* Non quod diabolus aliquid ad
infringendum nostram significare voluerit, sed cum accedere ad
tentandum non posset nisi permisus, num per aliud posset nisi
per quod permittetur accedere? Quidquid igitur serpens ille
significavit, ei prouidentis tribendum est, sub qua & ipse dia-
bolus suam quidem haber cupiditatem nocendi, facultatem au-
tem non nisi qua datur vel ad subvertenda ac perdenda rasa ira,
vel ad humilianda sive probanda rasa misericordie.

Gregorius Nyssenus sapientiam hæc instillans iis qui
tentantur: *Dilece, ait, qualis te hostis oppugnet: serpens
tortuosus, lubricus, exitiosus, igneus, veneno plenus.* Tu caute ac prudenter age; vaterimus est hostis tuus
Hæc & celerimus qui adversarium dormitorum facile fal-
ligant. Recepit igitur serpens æneus à Mose in ligno suspen-
sus, ut fatem serpentis statua, cum ipse serpens non pos-
set, in patibulum attolleretur. Solent nonnunquam ju-
dices, cum reum ipsum non possunt plectere, effigiem
serpentis rei ad furcam aurum damnare. Ita diabolus primo-
rum conjugum duorum deceptorum reus in crudel-
actus, non quidem ipse, cum sit spiritus, sed imago
ipius: perinde ac si dixisset Deus, quo habitu deprehendi-
lens est, eo etiam puniendus es. In monstri colubriferi
formâ te deprehendi, in eâ te judico, te damno, te sus-
pendo. Sapere nos doceat vel ipsa hac tentatoris forma
in furcam sublata.

CAP V T VII.

Tentationes in sui Notitiâ eruditint, submissum & humilem efficiunt.

Cum scitur in vicino subsideret hostis, longè diligen-
tius vigilatur, quam cum remotus esse creditur.
In lubrico subinde minus quis cadit, quia cautius incep-
dit, & ad passus singulos solerteri attendit, gradum mo-
vet formicinum.* In viâ planissimâ non pauci manus &
crux fregerunt, qui periculosos calles transuerunt
ille. Inter scopulos maris & voragini rariora sunt

naufragia, quam in vado, ubi naves in arenam inve-
hantur, aut eriam in ipso portu, qui nonnunquam na-
viga omnitum periculorum secura glutin. Olla, que ri-
mas agit, subinde diutius ad fontem fertur, quam quæ
omni caret vulnera, sed ab incertâ manu tractatur.
Homo debilitatis fractisque viribus, non tardò robustissi-
mos quoque vitendo vincit; quia sibi gnarus suæ va-
letudini studiosius attendit. Homo tentatus, qui ad la-
plum invitatur, saepe minus labitur, modò seipsum ob-
serveret, quam qui rarissimè tentatur. Tentatio ad scho-
lam trahit, ubi discentem sui ipsius notitia imbut. Qui
hominem seipsum novit, seipsum eram utique submittit & mo-
deltiam sapit. Tentatio quia hominem sibi nolum, cun-
dem quoque humilem & submissum efficit. Quod hæc Humilem
ipsa dissertatio exponet.

Tentatio
hominem
imbut sui
ipsius no-
titiâ ac
& suâ
plum efficit.

S. I.

E Tentatione sibi quisque innotescit, & superbitas alas
submitit. Hieremias vates de humano corde non *Hier. c. 17.
fine admiratione proclamat: Pravum est cor hominis, & v. 9.
incurabile, quis cognoscet illum?* Ego Dominus, scrutans cor.
Homo ipse quamvis dominus sui cordis quid tamen
re cœcum lateat, partem maximam ignorat. Cor hu-
manum velut antrum est infinitum & immensum, quod
vix quisquam sat sibi metet. Quavis die, qualibet horâ
illud ingredere, & nunquam non novas in eo latebras
invenies. Itud semper audies: Plus ultra tende, plus
ultra; penitus scrutare, hic longiores sumi recessus, re-
nubriones latebrae; hic delitescunt affectus tibi non-
dum cogniti. Rimiare; ad finem antri non pervenes. Non
pravum duntaxat, sed & inscrutabile cor huma-
num. Nos de nobis ipsi si non Optimè, plerunque bene
sentimus: si quando nō sinecens censurâ stringimus, ea est
mitifissima; & quis sibi nil indulget? quis omnime quod in
se vitiosum percederet? Est qui sibi blandissime persuadeat,
Deum a se amari super omnia, & profecto tam
en seipsum aliave plus amar. Hujus illum argue; ne-
gabitis. Sed paullulum expectate. Tentatio hoc brevi
non dissimilanter fatebitur. È reculis aut pecuniolis
aliquid pendendum, hic virum cerne, qui manibus ac
pedibus refistar, qui denique malit Deum suum, quam
res suas perdere. Et tamen paulo ante gloriarabatur ma-
gnificis verbis: Diligo Deum super omnia. Eit famulus
a quo herus obsequi quiddam in honesti poscat. Ille ne
offendat herum, offendit Deum, & promptus para-
tus suo domino postularam gratiam gratificatur. Est
qui se admodum liberalem existimet. Sed adest qui
velit, iubeat mulgere erumenam. Tentatio horribilis;
huic homini cor ferit, quisquis illius loculos perit. Hoc
impia, quas fundit, voces satis testantur, cum pecunia
est ergoanda. Eit qui sibi videatur humilis & immunitis
ab omni fatu. Tenta illum sed lenissime. Auctorita-
tem illius & existimationem vel paullulum tange;
oculi pupillam terigit. Non cedit vel hilum, existima-
tionis propriæ tenacissimus. Vide et homines istos sibi
ipis ignotissimos. Sed illis tentatio illibet ipsos inge-
rens, & semetipsum cuilibet proponens: Vide, inquit,
qualsis sis.

Cum subita est occasio, periculosa est plerumque Occasio
tentatio. Hic pulvis nitritus, & homes ignitarii con-
stitutus, peti-
tientur, vicini pessimi. Eit qui minimè se forem suspi-
cet, at ubi forte fortuna occasio se se offerit, in expecta-
tio:
ta & benigna, hic sanctus iste homo elepit. Precipitans
mantis scilicet rationem prævertit. Ita Maximiliani I.
Imperatoris famulus Chrysostomus autem monetâ ple-
num invasit. Sed libare tantum voluit hoc vini genus,
& paucos inde autreos sublegit. Hoc illi occasio subita
& tentatio periculosus persuasit. Ita & Ferdinandus I.
Imperatori adstantium dominorum aliquis horologio-
lumi celeri manu subduxit & caligis abdidit. Nimisrum
ad expositas nudinas venerat, cur non emisset quip-
pian?